

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10



1665

1. Avianus, Johann. Jacobus : De republica Germanica.
2. Avianus, Joh. Jacobus : De circumstantiis.
3. Avianus, Joh. Jacobus : De jure sigillorum.
4. ^{act.} Avianus; Johann. Jacobus : Illustrum controversiarum academicarum . . . sylloge legalis 3. Sect.

1669 & 1739

5. ^{act.} Beckmann, Joh. Valt. : De dispensationibus.
2. Sect.
6. Beckmann, Joh. Valt. : De fructibus.
7. Beckmannus, Joh. Valt. : De pignoratibus.
8. Beckmann, Joh. Valt. : De conditione indebiti.
9. ^{act.} Beierus, Adrianus : An vetus resuscitatio mortuorum. 2. Sect.
10. Beierus, Adrianus : De amicitia et inimicitia.
11. Beierus, Adrianus : De crimine falsi.



1665

12. Beyer, Adrianus: De regressu in genere et in specie
variationis
13. Beyerus, Adrianus: Κατάξυσσιν ἀδικημάτων
ἢν νερὶ ἢν πορονάτι.
14. Beyerus, Adrianus: De regressu indemnitate
- 15^{a, b, c} Cortezius, Adrianus: De extrema provocacione
et instancis. 4. in recentissimum tribunal Res
Christi in causis civilibus et criminalibus
3 Sept. 1665, 1669 = 1675.
16. Cortezius, Adrianus: De jure patronatus
ecclesiastici.
- 17^{a, b, c, d} Cortezius, Adrianus: De impotentia
conjugali. 4 Sept. 1665, 1672, 1682
= 1718.

ie

ati

latio

one

ken





No. 1.

48.

926

DEO TRINUNO AUXILIANTE!

ILLUSTRIUM

CONTROVERSIARUM

ACADEMICARUM, 1665, 4

hoc seculò inter excelsa ingenia agitarum;
SYLLOGE LEGALIS,

Quam

Ex autoritate Magnifici Jctorum Ordinis

PRÆSIDE

NOBILISS. ET CONSULTISSIMO,

DN.

JOHANNE JACOBO AVIANO,

J. U. Doctore, hætenus Reip. Erffurtinæ Syndico, jam
in hac florentissimâ Salanâ Prof. Publico.

Ad diem 26. April.

ANNO M DC LXV.

publica & placida dîquisitioni subicit

ALBERTUS WEGER,

REGIOMONT. BORUSSUS,

Autor & Respondens.

Horis locoque consuetis.

J E N Æ,

LITERIS SAMUELIS KREBSII.



ILLUSTRATION

CONSTITUTION

ACADEMICUM

SYLLABUS

DE

ADMINISTRATIVE

PRASIDIS

ADRESSE ET CONSTITUTION

DE

IOHANNIS JACOBO AVIANO

et de


in

ANNO MDCCLXX

FRITZ WILHELM

FRITZ WILHELM





Controevrsia Academica

PRIMA,

inter

Magnif. Dn. Taborem Jctum & Cancellarium
Giessensem,

&

Consummatissimum Dn. Conringium,
Politicum Helmstadiensem,
agitata,

De

JURISPERITI & JURIS- PRUDENTIS DIFFERENTIA.

S It ne differentia aliqua inter Jurisperitum
& Jurisprudentem, disputatum est inter D.
Conringium & D. Taborem. D. Conring. omni-
no differentiam inter duo hæc faciendam,
statuens, allegatis *Antonii Fabri & Joachimi*
Hopperi de vera jurisprudentia autoritatibus, *Jurisperi-*
hæc etiam ratione nititur, quod possint jura alicujus Reip. *ita & Ju-*
sciri, ut aut scias in iis, quodnam jus latum sit in Rep. *rispruden-*
obtineat; nescias tamen, jura illa utilia sint Reip. *lia ex men-*
simul possit cognosci reip. institutorum utilitas & damnum *te D. Con-*
ringii quid
mendum.

A 2

& qua-



50
& quales in Rep. leges fieri oporteat. Jam dicit, quod prior
notitia debeat vocari peritia, fac. Novell. 66. & ibi *Godofr.*
posterior autem prudentia; is enim prudens est, qui novit,
quid expediat, quidve noceat Reip. *Vid. D. Conring. in*
epistola ad Lectorem, operi de Finib. Imper. Germ. annexa.
Diversum sentit *D. Tabor* jurisperitum etiam jurispruden-

*Quomodo
differant
juris priva-
ti & publi-
ci pruden-
tia.*

tem esse statuens, (facit §. 8. *Inst. de I. N. G. & C. ibi*: Pruden-
tum) Ut aliquid de ea re dicamus, sciendum, sicut jus aliud
publicum, aliud privatum; ita aliam esse Juris publici pru-
dentiam, aliam juris privati; illam, quæ jus, statum Reip.
ejusque gubernationem & conservationem concernens,
applicatur illis actionibus seu negotiis quæ immediate ad
Reip. statum pertinent: Hanc esse talem, quæ negotiis
civium privatis dirigendis, dextrè accommodatur,
*arg. §. ultim. Instit. d. l. J. & §. l. i. §. 2. ff. cod. Magnif. & Ex-
cell. Dn. Struve, §. Cuius nostras longè celeberrimus, Exerc. 1. th.*

*Prudentia
juris priva-
ti in corpo-
re juris
docetur.*

48. Atque hæc juris privati prudentia, in nostro Corpore Ju-
ris Civ. docetur: Quod vel unicum istorum titulum perle-
genti evidentissimum erit, *Dn. Struve, Exerc. 1. th. 46. qui &
Exerc. 2. th. 45. eleganter tradit, quomodo quis jus sc. sancitum*,
seu legum sancita ad facta singularia eorundemque
circumstantias prudenter applicare debeat. Quod cum ita
se habeat, nihil repugnat, quo minus is, qui non modo
ipsa legum sancita in numerato habet, sed & prudenter eas
ad facta obvenientia accommodare novit, jurisprudens
dici queat; licet enim non sit prudens vel in ferendis legibus
vel latis ex utilitate Reip. examinandis; quo pertinent, quæ
trahit *Dn. Conringius*: tamen prudens est, si leges civiles
dextrè applicandi facultate instructus sit. Quomodo acci-
pi possunt, quæ à *Dn. Tabor* asserta reperiuntur; facit dict.
§. 8. inst. J. N. G. & C.

Con-

Controversia Academica

SECUNDA,

inter eosdem.

Dn. Taborem & Dn. Conringium,

De

USU & OBLIGATIONE JURIS PUBLICI JUSTINIANEI IN GERMANIA.

Acerissima velitatio fuit inter jam laudatos Dn. *Quaestio*
Conringium & Dn. Taborem. An jus publi- *ipsa.*
cum Justinianeu ex se & quâ tale vim ob-
ligandi Germaniam nostram habeat? In-
affirmativam videtur inclinare Dn. Tabor,
ut aliis scriptis, ita inprimis *Comment. de*
Metat. & Epidemet. cap. 5. n. 4. & seqq. Aliud Dn. Conringio
visum, præcipuè *cap. 35. de Or. 7. Germ.* cujus sententia huc red-
it; jus privatum Justinianeu, neque ab Imperio nec ordinibus
aliter esse receptum, quàm quatenus illi ipsi voluerint; cum *Jus Justi-*
manifesto constet, multas Juri Romano adversas leges & con- *nianeum*
suetudines domesticas observari; quod indicio est, jus Justi- *privatum*
nianeum quâ tale Germaniam non obstringere; nam alias *obligat,*
penitus ab eo recedere non liceret. Et multa juris Rom. pla- *quatenus*
cita non amplius hodie obtinere, tum satis patet, tum à Dn. *receptum*
Conringio haud paucis testimoniis confirmatur *est.*
Tac. de mor. Germ. Siquidem, referente illò, Matth. Stephani
proem. in comment. ad Nov. Leges, ait, Justiniani, quatenus
morib9 non sunt approbatæ, non magis nos obligant, quàm
Leonis Philosophi, aliorumque Græcorum Imp. novellæ,
quæ receptæ non sunt. Consentunt Besoldus *tractat. post.*
de J. publ. cap. 5. part. 3. Gail. 1. obs. 36. Wehner. obs. præf.
voco Gewonheit. Carpzov. ad leg. Reg. cap. 9. sect. 1. Rein-
king. lib. 2. class. 2. cap. 14. num. 30. Quin imò & ipse Dn.
Tabor dicto *tractat. de Metat. cap. 5. num. 6. & 7.* in hunc
A. 3. sen-

25
 fensum loquitur: Privatum jus miseris & nimis subtilitati-
 bus laborat, nec ullum ferè caput invenitur, quod non po-
 steriorum Principum, aut imprimis modernorum statutorum
 placitis immutatum sit &c. Haët. *Dn. Tabor*. Cum igitur ipsa
 rei evidentia ostendat, plura ab hodierno fori usu remota,
 in jure Romae contineri, hinc multi Praeclari Viri emenda-
 tionem illius juris non immeritò optaverunt, inter quos
 Viglius Zuichemus, Nicolaus Ciferus, in *præfat. tom. 2.*
Oper. Duaren. Mynsinger. in præfat. suarum Observat. Vi-
 deatur etiam author des Bedencken / wie etwan dem hochnö-
 thigen Justitien. Werk zu helfen / apud Wehner. in *observ.*
 Quamvis enim leges Rom. apud prudentes magnæ sunt exi-
 stimationis; multa in iis magnam prudentiæ laudem mere-
 antur, omnesq; propemodum aliquid juris naturalis, (Add.
 Sutholt, *diff. 1. apb. 62.*) habeant; quia tamen pleræque earum
 ex arbitrio Romanorum fluxerunt, merè positivæ
 sunt, & aliam vim, quam quæ est ex constituto, non habent;
 ideò pro Lege in Germania observari non debent, nisi tum,
 quando publico consensu vim legis consecutæ sunt. Idcir-
 cò quod de Jure Justiniano privato dictum, illud quo-
 que verum est in jure publico Justiniano, quod nempe ad
 amissim ejus, negotiorum publicorum justitia vel injustitia
 exigi non debeat. Bach. *ad §. ultim. Inst. d. 7. & 7.* Esto
 namque, juris illius publici leges prudenter fuisse latas &
 aliquid inde hauriri posse, quod in Germania usum habeat:
 Inde tamen rectè non conficitur, quod ea, quæ tales,
 sine consensu imperii, Imperium obligent, præcipue, quo-
 niàm leges illæ, utpote in usum *παμβασιλείας* Justinianæ
 latæ, nostræ Reip. quæ alias prorsus indolis est, adaptari
 nequeunt. *Dn. Conring. in præfat. Excerpt. tract. de or. Juris*
subjunctorum. Quare licet jus publicum Germanicum,
 ex illo veteri Justiniano, quantum ad universales quas-
 dam Regulas & rationes, illustrari queat; aliunde tamen,
 quàm ex observantia rerum Germanicarum, Imperii Con-
 stitutionibus & Consuetudinibus firmiter decidi posse, non
 existimamus.

Igitur &
 publicum
 Justinia-
 neum.

Cujus leges
 in usum
 παμβα-
 σιλείας
 late.

Jus publi-
 cum, Ger-
 manicum
 videt.

Con-



929

Controversia Academica TERTIA,

inter
Magnific. Dn. Hahnium
&
D. Jacobum Mæstertium, Batavum
Antecessorem, agitata,

De
JURE BESTIALI.

Agitata hæc fuit quæstio: *An jus naturæ propriè in bruta caderet?* Quæ, etsi ab usu forensi remota est; ad ingenium tamen exercendum & intelligenda nonnulla juris loca, paucis eam, licet à multis abunde tractatam, declarabimus. Quod ut eò melius fiat, duo potissimum supponenda sunt. Primum, quidnam sit jus in genere; deinde quodnam sit jus naturæ propriè & impropiè sic dictum. Quod igitur jus in genere attinet, elegantissimè id describit *Dn. Struve Exerc. 1. thes. 47.* Quod sit ordinatio, regula seu principium, secundum quod hominum actiones instituendæ, ut justæ sint: vel ex quo actionum bonitas vel malitia, justitia vel injustitia æstimatur, *Suarez. de LL. lib. 1. cap. 2. num. 6.*

Quamvis enim bruta sequantur principium aliquod directivum; quò tendunt, qui brutis jus naturæ propriè dictum attribuerent: id tamen non est, accurate loquendo, *Alind est jus, aliud principium directivum* cum per illud non dirigantur ad id, quod honestum, sed ad id tantum, quod sensibus est jucundum. Accedit, quod doctis pariter ac indoctis patet, per jus & justum (*Recht oder Billich*) nihil aliud intelligi, vel concipi, quam tale, quod, præterquam, quod sit principium quoddam directivum seu præscriptum, simul insit rationali, libero, & tali, quod

possit agere vel non agere, agere bene vel male: seu, ut Philosophi loqui amant, quod gaudeat libertate contradictionis & contrarietatis, noritque proportionem mediorem ad finem, *Dn. Franzk. b. mem. Comm. Inst. ad Tit. de J. N. G. & C.* Nec enim ullus erit, qui, audiendo vocabulum, *ius vel iustum* de bestia illud predicari existimet. Ex quo & quia cum ipso vocabulo juris, conceptus hic simul natus videtur, *concludimus, quod proprie iustum accipiatur, si actiones hominis dirigit; improprie, si actiones bestia;* Etenim ea vocis significatio alicujus propria est, quæ cum ipsa re penè nata, voci alicui verè, soli & primò competit, & quam primùm auditur, in audientis conceptum influit. Vid. *Cic. lib. 3. de*

Jus proprie & improprie dictum

Explicatur pr. Inst. de J. N. G. & C. l. 1. s. 1. in pr. Inst. de J. N. G. & C. l. 1. s. de Just. & Jur. Jus naturale de J. & J.

Omt. 149. Quam significationem, primè notionis significatum appellat *Grotius de J. B. & P. lib. 3. cap. 1. s. 17.* Quapropter, cum *C. l. 1. s. 1. in pr. Inst. de J. N. G. & C. l. 1. s. de Just. & Jur.* Jus naturale dicitur, quod natura omnia animalia docuit; hoc non nisi analogicè intelligendum; vel dicimus cum *D. Baclerò in prefat. comment. Grot. pag. 5.* Juris consultum (& Justinianum) hac definitione, in rationem juris naturæ, per comparisonem & imaginem quandam, inquisisse, ut sensus sit: jus naturale est tale jus, quod per quandam similitudinem, quadantenus bruta regit. *Dn. Struve dict. Exerc. 1. th. 49.* vel quod hominibus ingenitum, summum & inviolabile, cujus inclinationes & vestigia in omnibus animantibus natura expressit. *Adi Ames. de cas. conf. lib. 5. cap. 1. num. 13. & seqq.* *Dn. Hahn, in not. ad Wesenb. ad tit. d. J. & J. num. 14.* Quæ ratio definiendi seu potius describendi, cum vim juris naturæ eo clarius exprimat, omni vitio caret. Neque eo nomine vellicandus est, nonnullorum more, vel Justinianus vel Tribonianus, quod jus naturæ per talem similitudinem descriperit. Vid. omnino *pr. Inst. de Oblig.* Atque ita de jure naturæ, sensisse Justinianum & Jctos, bestiisque jus improprie tale attribuisse, apparet non tantum ex scopo, quem Justinianus intendit, dum illud inter principia ejus juris, quo populus Rom. regeretur, attulit, sed etiam ex *§. pen. Inst. de J. N. G. & C.* Quantum ad Jctos, ut alia omittantur, li-

Ex analogia juris docetur jus nature proprie dirigere actiones hominum.

quido



930

quido constat & est notissimum, quod per jus naturale re-
pse intelligunt ejusmodi jus, quod hominis actiones dirigit,
*Fac. l. 14. §. 2. de rit. nupt. l. 25. §. 11. de hered. petit. l. 13. de cond.
indeb. l. 14. de O. & A. l. 21. §. 2. de Fidejuss. & mandat. l. 56.
§. 2. ad L. Falcid. l. 5. §. 2. de solut. & liberat.* Imò ipse Ul-
pianus per jus naturale nullum aliud intelligit, quam quod
hominibus regendis datum est, *in l. 5. in pr. de aut. Tut. l. 1.
§. 2. de V. O. l. 1. §. 1. de Novat.* Ab hâcautem sententia multi
recedunt, statuentes, ex mente Justiniani & Jctorum, non
solum, verum etiam ex principiis philosophicis, jus pro-
priè dictum in bruta cadere, cujusmodi post *Revardum,*
Albericum Gentilem, Lopez, Loviortum, sunt Jacob. Maffertius
1. dubit. 7. & Dn. Ledererus disputat. quam inscribit; Jus bestia-
le Witeberga An. 1662. habita. Vid. Dn. Ungep. Exerc. just. 2.
quest. 1. D. Fransk. p. m. Ex. 1. q. 3. inprim. n. 2. Vinn. notis per-
per. ad pr. Inst. de J. N. G. & C. & Academie Regiomontana & Pa-
tria mea decus, Dn. Sigismund. Picbler, discurs. polit. Proami-
al. 2. thes. 9. & 12.

Controversia Academica

QUARTA,

inter

D. Valentinum Riemerum,


&

D. Hermannum Vultejum,

magni nominis ambos Jctos,

De

GENUINA SEDE ET INDOLE JURIS PERSONARUM.



nter summum Jctum *Vultejum & Valenti-*
num Riemerum disputatum est hoc seculo;
an Obligatio ad jus Personarum, ad ad jus
rerum fit referenda. Ille enim *libr. de discept.*
scholast. c. 4. & 16. ut & Comm. ad Inst. pr. de
obligat. prius; hic decad. 9. question. illustr.

B

q. 1.

Obligatio
quomodo
persona in-
hæreat?

9. 1. posterius asseruit. Ut autem eò melius de tota re judicare liceat, dicimus, obligationem quidem personæ inhære, sed ita, ut illi personæ, rei alicui solvendæ seu præstandæ necessitatem imponat. *Sutholt. diff. 16. aph. 3.* Quamvis enim obligatio personas vinciat ad dandum aliquid vel faciendum; Creditor tamen non in ipsa persona jus acquirit: tale enim jus in merâ persona obligati, extra statum hominum, legibus nostris est incognitum: Obligatio igitur rem respicit, quam, mediante facto personæ, acquirimus. *D. Strauch. diff. Just. 12. aph. 1.* Atque hoc est, quod ait *Sutholt. dict. aph. 3.* Obligationem afficere personas, non quatenus personæ sint, sed quatenus ex iis unus sit creditor, alter debitor: esse autem creditorem & esse debitorem, ait, dici intuitu rei, quæ debeatur. Ut sic rectè dicatur, obligationem esse in personis subjectivè; in rebus objectivè. *D. Tabor part. element. part. 3. sect. 3. thes. 1. in ex. 9. et qd.* Pro

Obligatio
est in per-
sonis sub-
jectivè, in
rebus ob-
jectivè.
Rationes
Vultej.

sententia Vultej adstruendâ, rationes non adeò stringentes militant. Nam quod in *Comment. pr. Inst. de Obligat.* ait, personas in obligationibus obstringi; id libenter concedimus: Sed hæc obstrictio, vel similis ad personam respectus, jus personæ non efficit. Nam si talis ad personam respectus, statim jus personæ faceret: sequeretur, quod omne jus esset jus personæ; quia, personarum causa, omne jus esse constitutum, adeoque omne jus personas respicere, docet *S. fin. Inst. de J. N. G. & C.* Atque sic unum tantum, esset juris objectum; quod absurdum. Vid. *d. S. fin. & l. 1. D. de stat. hom. Excellent. D. Schroter, in not. ad Sutholt. ad d. aph. 3.* Nec aliquid juvat, quod à Vultejo asseritur, idè obligationem ad jus personarum pertinere, quia ex ea nascatur actio personalis, *S. 1. Inst. de Action. l. 25. pr. in f. de O. & A.* Nam quod actio personalis vocetur personalis, causa est, quod persona ad rem sit obligata, *d. pr. Inst. de Obligat. l. 3. pr. D. de O. & Act.* Non verò, quod persona sit in obligatione, *D. Riemer. dec. 9. q. 1.* seu quod petatur aliquid sibi tribui ipsa in persona in suo statu consideratâ. Quod itaque ex obligatione actio in personam oritur; id non facit, eam referri ad jus personarum: sed tùm demum id faceret, si actione

Personalis
actio quo
sensu sic
vocetur.

actione, quæ ex obligatione oritur, non res aliqua, sed ipsa persona peteretur. Nam hoc nec ipse Vultejus negare potest, quod jus personarum, rerum, ut & jus actionum, ratione objecti inter se discernantur & jus personarum sit, quod pertinet ad personas h. e. statum & conditionem personarum; rerum, quod ad res; actionum, quod ad actiones. Neque enim qui, quacunq; ratione, jus in personam habet, jus personæ habet: sed is demum, qui tale jus habet, quod statum & conditionem personæ afficit. Unde & actiones præjudiciales neque ex jure rerum, neque ex jure actionum, sed ex jure personarum oriuntur. Eleganter *Johann. Oldendorp. cl. 3. act. 9. num. 3. Add. D. Habn. Obs. ad Wesenbec. de judic. n. 4. & de Sponsal. n. 7. vers. illud quoz;* Causarum actionum, inquit, est jus, quod quis in persona alterius quavis legitima ratione præterdit, vel quod ab aliquo negatur præterdente libertatem &c. Ut itaque harum actionum causa, de quibus §. 13. *Inst. de Act.* sit ipsum jus personarum, patria v. g. vel dominica potestas, non verò jus in re vel ad rem *arg. l. 1. §. 12. ibi: Ut si quis agnosceret, se filium esse diceret, D. de agnos. vel alend. liber. l. 4. sub fin. l. 6. D. de his qui sunt sui vel alieni juris. Schneidew. ad d. §. 13. de Action. n. 26. vers. secundum est. Bachov. ad Tr. 1. disp. 15. th. 8. vers. ex lege Quiritium. Diss. D. Riemer decad. 13. q. 2. ubi ex dominio actiones præjudiciales esse contendit: Cujus rationibus benè occurri potest ex iis, quæ habet *D. Habn. Diss. de jure rerum cap. 1. conclus. 2* ubi docet, actiones personales ex jure personarum oriri. Videatur imprimis *Hilliger ad Dozell. 12. Comm. 1. lit. 4. D. Ungep. exerc. 10. q. 1. in Ajo.**

Jura personarum rerum & actionum objecti inter se discernuntur; Jus personæ quid?

Controversia Academica

QUINTA,

inter

Nobilissimum D. Enochum Glaferum,

Antecessorem Julium.

B 1

*



160
&
Amplissimum Dn. Jacobum Bornium,
Ictum & Senatorem Lipsiensem.

De
JURE IN RE, VERISq; EJUS SPE-
CIEBUS.

Inter jus in Re & ad rem, esse magnum dif-
ferentiam: haud obscure indicat *l. 30. D. de No-
xal. action. l. 19. D. de damno inf. l. 3. pr. de O.
& A. c. 8. de concess. prebend. in 6. Clem. un.
de Sequestration. possess. Layman. comp. Theo.
log. moral. libr. 3. q. 5. tr. 1. c. 5. n. 1.* De definitio-
ne autem utriusque satis haud convenit. Missis aliorum sen-

*Jus ad rem
quid?*

tentiis, dicimus, Jus ad rem, esse jus in obligatione confi-
stens, h. e. quo alius nobis, ad dandum aliquid vel facien-
dum, adstringitur, *d. l. 3. D. de O. & A. Uti post Br. & Bl. sentit*

*Molina de
finitio reji-
citur.*

Dn. Hahn. de jure rer. concl. 10. n. 1. cum è contrario Molina de-
finitionem, quam habet *T. 1. de J. & J. tr. 2. d. 2. n. 2.* post D.
Taborem *jurispr. meth. p. 3. sect. 3. tb. 2.* Utpote ab effectu so-
lùm petitam & negativè conceptam, merito rejiciamus.

*Jus in re
quid?*

Quod vero attinet jus in re, illud nihil aliud est, quàm qua-
litas illa, quæ immediatè & directò rem ipsam; postquam re-
verà convenientibus modis jam acquisita est, afficit intrinse-
cus, & eam sic qualificat, ut ita dicam, ut qui tale jò habet, cer-
tis affectibus juris gaudeat, quosq; ex ipsa re statim percipere
potest, ut proinde, aliqua personæ intermediæ præstatione,
quæ in jure ad rem omnino requiritur, hic opus non sit. *D.
Glafer. diff. apologet. de jure in re c. 3. vers. Adeoq;.* Quibus

*Juris in re
quing. spe-
cies sunt.*

ita visis, emergit quæstio inter *D. Glaferum & Bornium.* An
una tantum sit species juris in re, an vero plures? Huic
Disp. inaugurali de jure in re, Lipsiæ habita, una; illi, post *D.
Habnium, in sua Disp. Apologet.* plures & quidem quinque
placuere; Dominium, Jus hereditarium, Servitus, Pignus,
Possessio. Cujus sententia etiam verior videtur; Nam
dominium, esse jus in re, assertitur *in l. 23. pr. D. de R. V.
l. 2.*

932

l. 2. §. 1. D. si servit. vind. l. 4. pr. D. Comm. divid. §. 4. Inst. de Action: Servitus & pignus nominatim jus in re dicitur, in Præbatur. l. 30 D. de Noxal. action. l. 13. §. 1. l. 19. pr. D. de Damn. inf. Possessio quoque inter jura in re referenda, ob l. 44. pr. D. de A. P. l. 2. §. 38. D. Ne quid in loc. publ. l. 5. §. 1. D. ad L. Jul. de vi publ. l. 5. C. de liber. caus. omnesque quatuor hæ recentitate species occurrunt in l. 13. §. 1. C. de judic. Quibus & jus hæreditarium addendum. Vid. l. 5. §. 5. D. de his qui effuder. vel dejec. l. 6. pr. D. de Religios. l. 37. D. de contrah. emt. l. 1. §. fin. D. si quadr. paup. feciss. dic. Accedit, quod omnes hæ species vim afficiendi rem intrinsecus habeant. Nam quantum ad Dominium; illud rei inhaeret, ad quemcunque demum possessorem res perveniat. est textus l. 9. D. de Rei vind. l. 25. pr. D. de O. & A. §. 1. Inst. de Action. l. 1. C. Ubi in rem actio. Servitus quoque in re & quidem aliena est fundata, l. 8. D. Comm. prad. l. 30. D. de Noxal. action. l. 13. §. 1. l. 19. D. de damn. infest. §. 1. & 3. Inst. de servit. adeo quidem, ut eandem & comitetur l. 23. §. 2. & 3. D. de servit. prad. rustic. l. 2. D. Comm. prad. l. 69. §. 3. D. de Legat. 1. l. 20. §. 1. de A. R. D. l. 3. C. de servit. & quidem ut rei seu prædio v. g. speciale det nomen, unde serviens dicitur in l. 20. §. 1. l. 23. §. 2. 3. D. de servit. prad. rustic. l. 6. pr. l. 10. D. Comm. prad. Quod Pignus intrinsecus rem afficiat, apparet non solum ex l. 30. de Noxal. action. l. 9. D. de nov. oper. nunciat. l. 19. pr. D. de damn. infest. sed & ex eo, quod ipsa res dicatur devincta & obligata, l. 4. l. 23. l. 30. D. de pignor. l. 15. l. 21. C. eod. l. 22. C. de distict. pignor. l. 2. C. si un. ex plurib. hered. Possessio quoque rem possessam reapse afficit. Idque evidens est tum ex l. 44. D. de A. P. l. 2. §. 38. D. Ne quid in loc. publ. l. 5. §. 1. C. de liber. caus. tum ex actionibus seu interdictis, pro tuenda possessione inventis, quæ competunt omni possessori, non alia de causâ, quam quod possideat, l. 1. §. 4. 6. l. 2. D. Uti possid. §. 4. in f. Inst. de interd. Hereditas seu jus hereditarium, pari modo universas res à defuncto relictas intrinsecus afficit. l. 10. §. 1. l. 13. §. 4. 9. 10. D. hered. pet. l. 1. §. 1. D. si pars. her. pet. l. 13. D. de bon. poss. contra tabb. ita quidem utres inde non solum dicantur here-

hereditaria, l. 18. §. 2. D. hered. petit. l. 4. l. 6. D. Expil. hered. sed & affectio illa non mutetur ex personâ possidentis l. 23. §. 7. D. de hered. petit. l. 3. l. 9. C. Eod. D. Barthol. Leonbard. Schwendendorffer. diff. de vera division. juris in re cap. 1. Ani-

Jus in re à
jure rerum
secernendum.

madvertendum autem hîc, à jure in re proprie dicto, diversum esse jus Rerum seu jus circa rem, D. Hahn. diff. de jure rerum, conclus. 6. Nam jus rerum nihil aliud est, quam potestas quâdam circa rem competens; denotatq; tale jus, quod realem actionem præcisè non producit. Ut ita jus rerum sit generalius quiddam jure in re, & tam ad jus in re, quam ad rem referatur. arg. pr. Inst. de R. D. ibi: nunc videndum est de rebus.

Rationes
dissentientium
expenduntur

Quamquam autem hæc omnia satis aperta sunt; dissentientes tamen ab iis recedunt & existimant, dominium esse tantum jus in re, exque eò solo oriri actionem in rem, non aliunde: Idque evincere conantur, tum hac ratione, quod per omnem actionem in rem petamus rem nostram, l. 25. pr. D. de O. & A. adeoque sit ex dominio: tum inde, quod actio in rem competat non nisi ei, qui aut jure gentium aut civili dominium acquisivit, l. 23. pr. D. de R. V. Quasi verò verba res nostram non possent exponi de re, quæ ad nos pertinet vel jure domini vel servitutis vel jure hereditario vel jure pignoris, sec. §. fin. proam. Instit. §. 1. Instit. per quas person. cuique acquir. pr. Inst. per quas person. nob. oblig. acquir. §. 9. Inst. de Obligat. que ex delict. Et licet in allegat. l. 23. pr. d. R. V. ei, qui jure gentium aut civili dominium acquisivit, in rem actio competat: rectè tamen inde non concluditur, quod nemo præter illum, actione reali rectè experiri queat: Esto enim, actione reali actorem petere rem suam, §. 1. Inst. de Action. adeoq; videri petere rem domini jure propriam, tamen notum est, suum non ad dominium solum, sed ad alia jura in re extendi. Vid. §. 14. Inst. de hered. que ab intest. defer. §. 8. Inst. de Injur. l. 10. pr. D. de J. & J. l. 3. D. de off. pr. es. l. 10. §. 1. de hered. petit. l. 12. D. de re jud. Ut ne dicam d. §. 7. ex communi interpretum sententia, non de omni actione reali, sed rei vindicatione, quæ alias speciatim actio in rem, appellari solet, l. 27. §. 3. D. de R. Vind. l. 1. C. Ubi in rem act. l. 7. C. de hered. petit. Add. ad §. 1. Inst. de Action. intelli-

gen-



genium, arg. partic. veluti §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. cum ex adverso de actione in rem in genere agatur verbis precedentibus; dum dicitur; quod actiones in rem sint, si quis cum aliquo agit, qui nullo jure ei est obligatus, Vid. D. Schwendendorff. c. 2. d. diff. Inquies: at dominium non solum est rei corporalis, sed & incorporalis: Igitur omnis Actio realis erit ex dominio, si non rei corporalis, at certe incorporalis. Sed parum ponderis in hoc argumento inest: cum dominium rebus corporalibus & juribus, in legibus oppositum reperitur. l. 4. pr. D. Comm. divid. l. 1. §. fin. D. si quadrup. paup. fecit. l. 19. D. de Damn. inf. l. 25. D. de V. S. Accedit, quod si rerum incorporalium esset dominium, etiam obligationis & juris ad rem dominium foret, talique ratione nullum amplius inter jus in re & ad rem differentia superesset; quod absurdum! Neque dominium juris, seu rei incorporalis recte asseritur, vel ex textu l. 3. D. si usufr. per. vel l. 15. §. 8. D. Quod vi aut clam, vel denique l. 8. pr. D. de Rebus aut. jud. poss. Nov. 2. c. 4. Nov. 22. c. 45. Vid. D. Ungep. p. m. Ex. Justin. 5. 9. 6. in ajo. Etenim in d. l. 3. nihil aliud habetur, quam quod, sicut dominium usucapione, ita usufructus non utendo finiatur. Dicta autem l. 15. §. 8. nihil de dominio servitutium vel usufructus præcipit; sed potius ibi dicitur, quod proprietas usufructui & servitutibus contra distinguatur. Cæteri textus d. l. 8. & c. dominium rerum incorporalium minimè evincunt; licet enim, ob speciales rationes, quis appelleretur dominus, non idèd tamen statim rerum dominium habet; arg. l. 7. §. 3. pro Emtoze l. 56. §. 4. de furtis l. 57. ibiq; Gotbo. fr. D. de R. 7. Quare in d. l. 8. d. Nov. 2. Nov. 22. usufructuarius appellatur quidem dominus, quo intuitu? fructuum scilicet, quippe quorum dominus perceptione efficitur, §. 37. Inst. de R. D. l. 7. pr. l. 9. pr. l. 59. §. 1. D. de Usufr. l. 25. §. 1. l. 28. pr. D. de Usur. non autem appellatur dominus ratione juris vel rei fructuariae, utpote cujus dominus esse, diferte negatur, in l. 43. §. fin. D. de furt. l. 25. pr. D. de V. S.

Non acquiescunt adversarii in allatis dubiis; sed & speciatim singulas juris in re à nobis assertas species, argumentis non-



nonnullis impetunt. Ajunt primò, è censu jurium in re Ser-
 vitutum ejiciendam: eò quod servitus sit id, quod vindica-
 tur, *pr. l. 9. de N. O. N. t. i. si usufr. per. t. t. D. si serv. vind.*; hinc
 enim efficiunt, servitutem jus in re, quod actionem realem
 producat, non esse. Foret quidem objectio hæc haud le-
 vis momenti, si servitutem ipsam vindicari censeremus; nam
 vix fieri posset, ut idem esset & causa & objectum: secus au-
 tem se res habet in præfenti; nam per actionem v. g. confes-
 soriã non petitur ipsa servitus vel vindicatur: Quia hæc
 legitimè constituta, semper rei inhæret, §. 1. *Instit. de*
servitut. §. 2. Inst. de Usufruct. l. 9. §. 1. D. si servitut. vindic. l.
30. D. de Noxal. act. l. 19. D. de damn. inf. nec mutatur,
vel amittitur ex facto possessoris vel alterius, qui impedit,
l. 17. §. 1. D. de usufr. l. 19. D. quibus mod. usufr. amitt. l. 23. §. 2.
D. de serv. præd. urban. l. 12. de A. R. D. l. 3. C. de servit. sed
tantum defenditur, l. 8. §. 4. D. si serv. vind. & actor libe-
rum servitutis exercitium, quod, sibi abest, tantum persequi-
tur, l. 5. §. fin. D. si usufr. per. l. 7. D. si servit. vindic. Hinc est,
 quod, in formulã Confessorie actionis non ita concludat a-
 ctor, ut servitus sibi tradatur vel constituatur (servitus enim
 constituta, actionis ipsius fundamentum est, §. 2. *Inst. de Acti-*
on. Oldendorp. cl. 3. art. 4. n. 2.) sed petit pronunciari, ut re-
 us à turbatione desistat, nec amplius se in libero servitutis
 usu impediatur. *vid. Schneidew. ad §. 2. Inst. de Action. num. 28.*
 Idem cum Servitute fatum experitur Pignus; neque enim,
 hoc in numero jurium in re esse patiuntur: partim idèd,
 quod pignus, sive sumatur pro re oppignorata, §. 4. *Instit.*
Quib. mod. re contr. obligar. §. 7. Instit. de act. sive pro ipso
jure, quod rei pignorata inhæret, ut §. 7. Instit. de Action. l.
10. pr. q. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 2. C. si antiq. credit. sit a-
ctionis hypothecariae objectum; eoque ipsum jus, actionis
illius productivum esse nequeat: partim idèd, quod actio
hypothecaria, cum vindicatio sit, per l. 16. §. 3. D. de pignor.
l. 2. C. si un. ex pluribus, non possit non esse ex dominio & ex
consequenti, non ex jure pignoratio, vel speciali jure in-
te. Verum neutra ratio quidquam stringit; non prior.
 Nam

Per actio-
 nem con-
 fessoriam
 non petitur
 ipsa servi-
 tus.



jus pignoratitium actionis hypothecariae objectum non est; sed ipsa res oppignorata. Id quod evidens fit ex conceptione libelli, in actione hypothecaria; ejus enim conclusio non dirigitur ad restitutionem juris pignoratitii (hoc enim semper & ubique creditori salvum manet l. 18. §. 2. D. de pign. actio. §. 15. C. de pign. l. 12. D. Procurator. l. 3. C. de Remiss. pign. l. 12. C. d. distract. pign. c. 5. X. de pign.) sed tendit ad traditionem rei oppignoratae, l. 66. pr. D. de Evid. l. 2. C. de Prætor. pign. Schneidew. ad §. 7. Inst. de Actio. num. 68. & 90. Ex quo est, quod creditor omnino & principaliter ipsam rem oppignoratam petat, §. 7. 31. Inst. de Actio. l. 28. pr. D. de pign. actio. l. 16. §. 3. D. de pignor. l. 12. §. 1. Quibus mod. pign. vel hypothec. solv. l. 1. C. Comm. de legat. l. 2. C. si un. ex plur. Nov. 12. c. 1. ita tamen, ut debitori rei dominium salvum maneat l. 35. §. 1. de pign. act. l. 9. C. Eod. l. 17. §. 11. D. de Edilit. Edict. Quantum ad posteriorem dissentientium rationem; tamen si verum sit actionem hypothecariam esse vindicationem: perperam tamen colligitur, id eam esse ex dominio juris pignoratitii: cum nusquam in jure talis domini mentio fiat; Quin potius constat, pignus dominio passim opponi. Fac. l. 30. D. de Noxal. actio. l. 11. §. 2. D. de condict. furtiv. junct. l. 1. Eod. l. 1 §. 2. D. de pignor. l. 11. l. 19. pr. D. de Damn. infr. l. 8. §. 2. D. de liber. caus. l. 44. §. 5. D. de Usucap. §. 13. Inst. de Obligat. quæ ex delict.

In dubium maximè vocatur; an jus hereditarium sit separatum aliquod jus in re, actionis realis productivum? Nam eum hereditas seu jus hereditarium sit id, quod petitur petitione hereditatis; quomodo ejus causa esse possit, ajunt contrariae sententiae auctores se non videre. Verum animadvertendum est vocabulum hereditas esse παλίσθημον. Etenim accipitur vel objectivè vel formaliter; illo modo denotat illud, quod defunctus reliquit, universitatem bonorum totum jus illud universale & confusum, l. 178. §. 1. D. de V. S. Add. t. Inst. de rebus corporal. & incorporal. Dn. Glaser. diss. apolog. de jure in re, c. 6. Quo sensu per hereditatem in effectu nihil aliud intelligitur, quam res hereditariae, & quæ fuerunt

Hereditas accipitur vel objectivè vel formaliter.



runt ex bonis defuncti, l. 9. l. 18 §. 2. l. 19. pr. D. de hered. petit. l. 9. C. Eod. l. 7. §. 5. D. de Except. rei judic. Hoc modo si capiatur hereditas, significat potestatem sive facultatem ex qua illud, quod reliquit defunctus, ad nos pertinere & nostrum esse dicimus & declarari heredes volumus. Pro qua significatione sunt clari textus, in l. 3. l. 10. §. 1. de hered. petit. l. 1. §. 1. D. si pars hered. petat. Germ. vocatur, Erbrecht Erbgerchsigkeit. D. Struwe exerc. 10. th. 42. Quo sensu hereditatem etiam accepit Theophil. dum ait: κληρονομία ἔστι δικαίωσις τῆς κληρονομίας συνιστάμενον, ὁποῖός τις τῆς ἐπιπέρας περιουσίας ἀδελφῶν γενεῶν δεσπότων. seu hereditas est jus quoddam certis modis constitutum, quod alicujus patrimonii universalem dominum me efficit, D. Struwe. dict. Exerc. 10. th. 43. in f.

Quibus præmissis, asserimus, petitione hereditatis peti quidem hereditatem, h. e. res hereditarias d. l. 9. l. 18. §. 2. l. 19. pr. D. de hered. petit. l. 9. C. Eod. l. 7. §. 1. D. de except. rei judic. sed non hereditatem, quatenus denotat jus hereditarium seu jus successionis; Quod ex eo liquet; quod jus hereditarium seu successionis non est penes possidentem pro herede aut pro possessore; cum heredi per aditionem quæsitum salvum maneat, neque ad alium transferatur, l. 25. §. 8. de hered. petit. l. 3. l. 9. C. Eod. l. 59. D. d. R. J. Accedit, quod ratio dicitur, jus hereditarium non esse apud eum, qui falsa opinione persuasus, heredem se putat, reverà autem heres non est l. 11. D. hered. petit. multo minus apud eum, qui pro possessore possidet, hic enim scit, nullo plane jure rem hereditariam ad se pertinere, §. 3. Inst. de Interdict. & sine titulo seu causa possidet l. 13. pr. l. 16. §. 4. D. de petit. hered. D. Struwe d. exerc. 10. th. 47. Quia igitur jus illud successionis seu hereditarium sive hereditas hoc sensu accepta, penes possidentem pro herede vel pro possessore non est, petitione hereditatis etiam peti illud non potest: à quo enim alio, quàm ab eo, qui pro herede vel pro possessore possidet, peti posset? Certi juris esse scimus, neminem, nisi eum, qui pro herede vel pro possessore possidet, hereditatis petitione conveniri, Est textus in l. 9. 11. D. hered. petit. l. 7. C. Eod. Relinquitur

Jus hereditarium successionis non est penes possidentem pro herede vel possessore.

935

quitur ergo, petitione hereditatis non agi ad jus successio^{Petitione hereditatis non agitur ad jus successio} nis seu hereditarium; sed ad res hereditarias, *d. l. 9. l. 18. §. 2. l. 9. pr. D. de hered. petit. l. 9. C. Eod. l. 7. §. 5. de Except. rei judic.* Quod & forma libelli ejusque conclusio ostendit; qua de re vide *Schneidew. ad §. 28. Inst. de Actio. tit. de petit. hered. n. 75.* Quam nostram assertionem non evertit, quod in hereditatis petitione, actor heres declaretur & ad eum jus hereditarium pertinere pronuncietur; indeque dicendum videatur, petitione hereditatis utique ipsum jus hereditarium peti. Cum, quemadmodum in rei vindicatione, actor petit, ut declaretur dominus & dominium rei petita ad se pertinere, pronuncietur, neque tamen ea propter dominium rei vindicationis causa esse desinit: *Oldendop. cl. 3. art. 3. n. 12.* Ad eundem modum jus hereditarium, licet adjudicetur actori, idè tamen petatum fuisse, non sit estimandum. Illud leve est, quòd cum, qui pro herede vel possessore possident, animo totam sibi hereditatem tribuant, univèrsique juris se possessores esse contendant, ipsum jus hereditarium eò peti videatur. Si enim hoc esset, aut peteretur jus hereditarium verum aut putativum; non illud, quia actor illud habet; non hoc, tùm quia ei fini hereditatis petitio non est inventa, tùm quia verus heres absurdus esset, si jus hereditarium putativum peteret. Quoniam igitur ipsum jus hereditarium seu jus successio^{Petitio hereditatis non est ex dominio juris} nis est causa petitionis hereditatis; quorsum pertinebit eorum figmentum, qui, eam ex domino quodam juris hereditarii nasci censent? Neque enim tale dominium ullo juris textu firmiter adstrui potest. Nam fac, jus hereditarium posse donari, vendi, legari: tametsi & hoc dubio non caret, *ob l. 14. §. 1. de red. vel act. vend. junct. l. 19. D. de hered. petit. §. 3. Inst. de fideic. hered. l. 7. §. 10. de Min. l. 88. de her. instit. Quid inde? cum & obligatio possit donari, legari, vendi, §. 21. Inst. de Legat. l. 18. C. Eod. l. 2. C. de Donat. l. 4. 6. 17. D. hered. vel. act. vend. l. 3. §. 6. Eod.;* hujus tamen dominium propriè dictum esse, nemo dixerit. Nihil obstat *l. 11. de liber. & post l. 48. pr. D. de hered. instit. l. 19. §. 3. de Castr. pecul.* Unde probatur



260
batur, heredem fieri etiã dominum rerum hereditariarum.
Etenim hæc liberenter concedimus ob *l. 11. §. 5. D. de Except.
rei judicat.* manent tamen distincta, jus hereditarium & do-
minium: dominium enim pertinet tantum ad res defuncti
proprietas; jus hereditarium verò ad alienas etiam, *l. 19. pr.
D. de hered. petit.* Hinc petens hereditatem, nullum jus do-
minii in iudicium deducit, sed jure defuncti utitur, petitque
res ab eo possessas, non modò jure dominii, sed quovis
etiam alio. Uti post *Br. &* alios docet *Wesemb. ad tit. de he-
red. petit. n. 10. & 11.* Sicut igitur à dominio dominus: ita
à jure hereditario jam constituto & per aditionem acqui-
sito, heres denominatur, *Dn. Struv. dist. exerc. 10. thes. 44.
res denomi- atque à dominio illud separatum manet, Diss. Bachov. in
natur not. ad Wesemb. ad rit. de petit. hered. n. 2.* Quid autem
dicemus ad *l. 48. pr. D. de hered. instit.* ubi asseritur,
his verbis rectè fieri institutio: *Titius hereditatis meæ do-
minus esto?* Scil. ibi exhibetur formula quædam heredem
instituenti, in qua magis intentio testatoris, quàm verba
attenduntur, *l. 15. & ibi Gotb. fr. C. de Testament. &* aliàs testa-
tores, in exprimenda ultima sua voluntate, non ad eò accu-
rati esse solent. *arg. l. 3. §. 5. in f. D. de suppell. legat.* De
possessione res non usque quaquæ expedita, an nimirum
hæc sit separatum aliquod jus in re, quod actionem realem
producat? Ad quod, antequam respondeatur, notandum,
quod agatur hic de possessione, non quatenus est in fieri, vel
ipsum incubandi actum vel factum detentionis denotat, sed
quatenus est aliquid à jure formatum, aliquid in esse suo
constitutum & productum, seu quatenus nihil aliud est,
quàm potestas rem detinendi cum affectu habendi & utilita-
tes inde fluentes percipiendi, certisque juris effectibus
fruendi. Inde enim est, quod possessor sic nominetur, isque
remedia possessoria exercere queat, *arg. §. 6. Inst. de interd.
dict.* Jam dicimus, quod possessio hoc modo intel-
lecta, sit jus aliquod in re. Idque ex eo probamus, quod
interdicta, quæ pro acquisito jure possessionis compe-
tent, ut sunt interdicta Retinendæ, propter possessionem,
tanquam

Ajure here-
ditario he-
sito
res denomi-
natur

Possessio
considera-
tur vel qua
tenus est in
fieri.
vel quate-
nus in esse
producta.

Quo sensu
possessio jus
in re.

936
tanquam jus in re constitutum; competant, arg. l. 1. §. fin. & l. 2. D. ut possid. junct. §. 1. Inst. de Action. Quæ possessio non in nuda incubatione & detentione; sed in jure quodam utique consistet, Bach. ad §. 4. Inst. de interd. n. 2. Actor enim in his interd. in retento jure possessionis, fundamentum ponit, hoc probat, & eo probato, victor evadit, l. 3. §. 17. vers. it. 13. qui, D. de Itiner. actus, privat. l. 1. §. 4. De aqu. quotid. l. 5. §. 4. Eod. l. 1. §. 9. de Riv. l. 1. pr. & §. 1. de font. Hinc in libello interd. Retinendæ actorem, fundamentum suæ actionis in ipsa possessione ponere, docet Schneidevvin. ad tit. de interd. Cæterum possessionem jam acquisitam, esse jus in re, vulgata sententia est: Ut testantur Coras. in l. 12. §. 1. de A. possess. n. 3. Schneidev. ad §. possidere, de Interd. n. 7. D. Carpz. 1. Resp. Elect. 13. n. 11. Vid. D. Glefer. c. 4. de jure in re, inf. lis, quæ jam dicta sunt, gravissimè repugnare videtur, quod possessio sit facti & ideo non jus, multò minus jus in re esse queat. Sed ex hac ratione possessio jus esse negari nequit. Tametsi enim sit facti i. e. contineat quædam, quæ in facto consistunt, Dn. Ungeb. exerc. Inst. 6. q. 5. in Nego. l. 19. D. Ex quib. major. hoc ipsum tamen jus possessionis, quatenus jus est, & in facultate rem tenendi cum affectu sibi habendi consistit, non afficit. leg. D. Habn. diss. select. 8. th. 3. Elegantissima sunt verba Schneidev. ad §. possidere Inst. de Interd. num. 9. dum ait: Et hæc est communis conclusio Dd. qui respondent ad jura, quæ in contrarium allegari solent, (sc. quod possessio sit facti); quod illa loquuntur de possessione acquirenda, ut est in fieri. Tunc enim opus est facto hominis, i. e. apprehensione corporali: sed postquam in esse deducta & acquisita est, non facti, sed juris est, sicut in simili de obligatione dicitur. Contractus enim & delicta, ex quibus obligatio oritur, sunt facti, l. pen. C. de O. & A. Sed ex illis contractibus nunc celebratis vel delictis commissis, oritur obligatio, quæ est juris, pr. Inst. de Oblig. Ita quoque ex ipsa apprehensione corporali, quæ est facti, oritur illa possessio, quæ ubi in effectum deducta, est jus insistendi. Hæc

Possessio
quo sensu
sit facti.



300
ex *Schneidervino*. Quamvis autem verum sit, quod detur possessio injusta. *l. fin. D. de A. P. l. 2. D. Ubi possid.* Male tamen hinc conficitur, quod possessio jus non sit. Nam utut certo modo injusta dicatur, intuitu ejus, cui ea de facto & injuste est erepta: nihil tamen impedit, quod minus sit jus, dum tribuit facultatem tenendi, producitque certos juris effectus, *D. Hahn. select. diff. 8. rb. 7.* Quod porro possessio jure postliminii non recuperetur, *in l. 19. D. Ex quib. caus. maj.:* quodque ad heredes non transmittatur, *per l. 23. pr. D. de A. P.* Id possessioni, legalitatem suam non adimit: partim quia possessio non est inter jura postliminio recuperabilia; partim, quod usufructus, usus, pœnales actiones, ut & personalia privilegia, verè jura sint; tametsi ad heredes non transeunt, *§. 3. Inst. de Usufr. §. 1. Inst. de perp. & temp. action. l. 195. D. de R. J. ibiq. Dd.* Inquis: Ex dictis tamen colligi nequit, quod possessio sit jus in re. Resp. Quippe nisi Obtentio, quod sit jus, facile probare licebit, esse quoque jus in re. Nam possessio producit actionem realem; siquidem interdicto retinendæ agens, se fundat in jure in re constituto, *l. 1. §. 2. 3. & fin. l. 2. D. Uti poss. l. 14. §. fin. D. de Except. rei judic. §. 4. Inst. de interd. D. Riemer. dec. 13. q. 5.* Quibus obsistit, quod interdicta sunt actiones in personam. Verum his omnibus accurate satisfacit *D. Schrvvendendorff. d. disp. c. ult. §. 20. & ult.* Illud postremo valdè dubium reddere sententiam nostram possit, qua diximus, quod interdicta retinendæ sunt actiones reales; quod interdictis talibus petatur ipsa possessio: quod si enim possessio ipsa petitur, causa interdictæ retinendæ esse nequit. Verum quoniam actor in Retinendæ interdicto se satis clarè in possessione fundat *l. 1. §. fin. Uti possid. l. 4. Inst. de interd. statuendum utique, puod tale interdictum sit ex possessione, nec aliunde oriatur; docendumque, ab actore non ipsam possessionem, utpote causam actionis, sed quietum possessionis exercitium peti l. 1. §. 1. 4. 6. l. 3. §. 2. l. fin. D. Uti possid. l. 1. §. 1. D. de itiner. actu q. priv. Oldendorp. cl. 2. art. 4. p. 185. Quæ ratione & in servitutibus servari illud supra asseruimus.*

De

De hoc jure in re vid. *latius Dn. Habn. à ff. de jure Rerum & eundem in Animadvers. ad diff. Subolt. 4. apb. 2. & 3. & ad coll. 3. D. Struve in vindic. pro diff. de jure rerum. & D. Schwendendorffer de veris speciebus jus in re.*

937

Controversia Academica SEXTA,

inter

Excellentissimum quondam Philologum & τὸν πρῶτον

Claud. Salmasium,

&

nitidissimum JC.

Dn. Johannem Jac. VVissenbachium,

Antecessorem Frisium,

De

ALIENATIONE IN MUTUO,

Mutui datio ex eo appellata est, quod ex meo tuum fiat, *pr. Inst. quib. mod. re cont. obl. Cujus in fr. lib. 2. Inst. tit. de Obligat. 9. §. re contrahatur, 1. in. fin. & ideo si non fiat tuum, non nascitur obligatio l. 2. §. 2. de reb. cred.* Quæ derivatio seu Scita, *Cujac. 11. observ. 37. seu bella, Vinn. ad dict. pr. Instit. seu vera, Dn. Ungep. Exerc. Just. 10. quest. 6. in Ajo, Ludovell. ad dict. pr. Inst. num. 5. naturam & essentiam mutui egregiè exhaurit: ejusque occasione, sat celebris inter summum & Incomparabilem, stupendæ eruditionis Philologum & literarum ferè Principem Salmasium & Job. Jac. VVissenbach. diatrib. de mutuo trib. diff. propol. orta videtur hæc Quæstio: An in mutuo transferatur dominium & res mutuo data alienetur? *Salmasius lib. 1. de mod. usur. p. 217. 218 & cum eo Jacobus Oiselus JC. in not. ad. Caj. Instit. p. 38. seq. negativam defendit, affirmante D. VVissen-**

Wissenbach. in d. diatrib. non præcisè, per argumentum, hoc ab Etymologia ductum, sed quod notissimi juris esset, mutuatarium rei mutuo acceptæ effici Dominum; A qua tamen sententia Salmasius se dimoveri passus est, hoc potissimum argumento; quod cum mutuatarium eandem quantitatem seu sortem restituere debeat, non possit dici ejus fieri Dominus. Sed hoc non ob-

Mutuatarium
us ipsius
quantitatis
mutuo ac-
ceptæ fit do-
minus.

stante, verius est, quod mutuatarium rei mutuo acceptæ & ipsius sortis seu quantitatis, æque fiat dominus ac permutans rei permutatæ, licet hic similis generis rem alteri debeat. *Consul. Vinn. Comm. ad Inst. ad §. 2. Quibus alien. lic. l. non. Wissenbach. dict. diatr. de mutuo. Dn. Tabor. in part. Element. pag. 169. Wilb. Gæsius in vindic. pro recepta de mutui alien. sententia. Dicis: concedi, quod in debitorem seu mutuarium transferatur dominium corporum; et non dominiū quantitatis, in qua tamen mutuū consistit Oifel. d. l. Resp. si tantum dominium corporum, non quantitatis est translatum, cur mutuanti non datur vindicatio ad vindicandam quantitatem? quæ sanè ei danda foret, si quantitatis ipsius dominium penes se retineret. Nam esset contradictio in-*

Mutuanti
non datur
vindicatio,
sed condi-
tio

adjecto, mutuanti penes se retinere dominium, & tamen non posse experiri rei vindicatione; sed opus ei esse conditione: at certissimum est, mutuanti vindicationem quantitatis non competere. Ergo manebit, quod mutuans non

Sententiæ
Salmasianæ
Textus juris
repugnant.

amplius dominus quantitatis sit, sed mutuatarium. Quin imò ipsius quantitatis dominium transferri perspicuè colligitur ex l. 2. §. 27. l. 34. pr. de auro & argent. leg. l. 1. de lib. legat. Add. pr. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. socius, 16. de reb. cred. l. ejus 41. vers. quas vero pecunias. & vers. neg. enim. Eodem l. 1. de fund. dot. l. 97. de V. S. §. 2. Inst. quibus alien. lic. vel non l. 9. de Aut. tut. Hæc enim consequentia in mutuo dominium transferri, adeoque rem alienari, omnis ævi Jctus probata, ob perperam intellectam l. 55. de solut. & alias quascunq; rationes (de quibus Dn. Tabor. in part. elem. d. l.) non infirmabitur. Nob. & Solidissimus Jctus C. D. Strauch. Synd. Brunsv. meritiſſ. in diff. Just. 13. aph. 2. Nam quod dictam l. 55. attinet, vel ideo ibi

num.

nummi translati non sunt, quia non dabantur, ut accipiens eorum plenum effectum haberet, *Gothefr. ad diel. 55. in not.* vel quia loquitur de ipsis nummorum corporibus datis, in eadem specie recipiendis, *Dd. vulgò. Accommodate ad rem* *Basilica ad l. 2. §. 3. Μετέπειτα δὲ δανίζοντες ἑαυτοὺς, ὅτι τὸ μὴ ἔχει.*
 Ⓞ *Ἰπικον ἔστι; ἢ δάνειον, μεταρτίμων δεσπορείων. Jac. Oiscl. d. loc.* Nihil etiam patrocinari potest *Salmasio, Alex. Masalio, in diatr. de mutuo p. 18. aut Anonymo illi in disquisit. d. mutuo*, quod debitori res credita sit aliena, creditori sua *l. 21. §. 1. D. de V. S. Jacob. Oiscl. de loc.* Etenim debitor non rei mutuo acceptæ, sed promissæ debitor dicitur, & pecunia mutuo accepta diverso respectu æs suum & æs alienum appellatur: Suum, quia libertinæ mutuarii dispositioni subjacet. *Bic. in aur.* Alienum, quatenus ad idem genus restituendum est obligatus. Nam in hoc consistit hujus contractus formalis ratio, ut vi ejusdem, non idem, sed tantundem reddatur. In quo ipso à donatione distinguitur, in qua nihil; ab emtione, venditione, in qua non idem genus redditur, sed pretium datur, & denique ab Emphyteusi, in qua itidem eadem res in individuo, soluta quotannis, certa pensione, tradenda. Cum è contrario in mutuo res utenda gratis concedatur & usuræ, quæ, occasione mutui, sæpè debentur, non debeantur ex contractu mutui in se spectato, sed ex adjecta stipulatione, quæ absente, nihil deberi, notissimum est. *Salmasius* igitur rationibus suis parum ponderis inesse videns, in suis opusculis, temperamento quodam se extricare voluit, dum concessit, fieri alienationem, sed temporariam solum, non perpetuam. Verùm admodum lubricè: Nam per temporariam suam alienationem aut intelligit talem, quæ opponitur ei, qua nunquam genus restituendum esset: aut intelligit eam, quæ opponitur ei; qua non potest disponere mutuarius de re mutuo accepta, & eam iterum alii mutuo dare. Si prius; frustra est; quia Jcti. cum alienationem fieri in mutuo dixere; nunquam negarunt, idem genus esse restituendum, vel nunquam dixerunt, debitorem ab ipsa generis restitutione liberari? adeoq; eo nomine ipsis insultandi causam

Eidemq; Basilica contradicunt.

Pecunia mutuo accepta est æs suum & æs alienum.

Distinctio inter alienationem perpetuam & temporalem rem non constit.

D nom



non habet; sin postorius, fallitur quoque; nemo nam negare potest, quod mutuaris liberè disponere possit de re mutuo accepta: quod argumento est, eum perpetuum quoddam in re mutuo data dominium acquisisse; aliàs enim de ea dispo- nere non posset. *V. Cyprian. Regner. de Injust. quarund. leg. Ro- man. contra Mæster. lib. 1. c. 18. in fin.*

Controversia Academica

SEPTIMA,

inter

Hugonem Grotium,

Celeberrimum juris naturæ & gentium
interpretem.

&

Scientissimum Johannem Seldenum.

De

MARI LIBERO & CLAUSO.



*Origo qua-
sionis.*

Um Principio hujus seculi inter Hispanos & Belgas, dum induciæ tractabantur, de liber- tate Commerciorum ad Indias multum dis- ceptaretur: eamque Belgæ fœderati sibi ven- dicarent; Hispani verò sibi solis eam habe- re vellent: Hâc occasione Lugduni Batav. 1609. libellus editus (qui ibidem, Anno 1633. recusus) est, solidis rationum momentis, principiis juris gentium, poli- ticus & illustribus exemplis munitus; quo ostensum subditos ordinum fœderatorum nec divino nec humano jure libera- ad Indos Orientales navigatione interdici posse Titulus libello erat: *Mare liberum, Bæcl. in Comm. Grotian. ad lib. 2.*

*Grotii sen-
tentia.*

c. 2. § 3. Notum autem est, autorem ejus esse Grotium, quem *Selden. de mar. claus. lib. 1. c. 2. p. 8. virum acuminis & omnigenæ doctrine præstantia incomparabilem, item lib. 1. c. 28. ingentis eru- ditionis & rerum humanarum divinarumq. scientissimum vocat.*

Add.



Add. *D. Franzk. exerc. 4. q. 1. in fin.* Quam sententiam Grotius postea melius explicavit & mare occupari posse statuit, ita tamen, ut intra diverticula & freta se contineat, *Selden. l. 1. c. 26. Grot. lib. 2. c. 3. §. 8. de J. B. & P. & c. 2 §. 3. & c. 3. à §. 8. usq. ad §. 16. & aliàs exemplis ad dict. c. 3. satis significat, esse maris dominium. Anno hujus seculi 35. Johann. Seldenus, JC. Anglus doctissimus, contrariam sententiam defendit, ediditque opus, cui Titulus: *Mare Clausum i. e. tenia non omnibus liberum, Selden in prafat.* Quod Grotius Thallasocraticum appellat *lib. 2. c. 2. §. 2.* Quamvis autem Theodor. Grafv. JC. Dephtensis, in opere: *Vindicia Maris liberi*, Seldeno responderit; id tamen divulgatum, forte ob singulares Reip. Batavicz rationes, non fuit. Franciscus Stypmannus etiam *de jure Maritimo & nautico p. 1. c. 4.* contra Seldenum pro Grotio pugnare est conatus Ea; postea quæstio à variis variè tractata reperitur. Summam laudem, ob singularè *à p. 107. & 108.* in hac re meretur suprâ allegatus *D. Strauch. c. 11 in hac materia industria.* *JC. omnib; numeris absolutus, & æterna laude dignus*, utpote qui *in diss. de Imperio maris*, hanc quæstionem tam tractavit diligenter, quàm qui maximè. Cuj; vestigiis insistentes, *libertate Scopus præsentis tractationis.* *Academica*, ex capite *Justi*, de hac Materia paucis differemus, visuri, utra sententia melioribus rationibus fulciatur. Quod ut eò rectiùs fiat; sciendum, (1.) quod distingui debeat Dominium privatum seu proprie dictum sive proprietas, ab Imperio. Nam Imperium, quod *D. Felden. in annot. p. 114.* facultatem mare regendi nominare videtur: nihil aliud ex mente *Grotii lib. 2. c. 3. §. 14.* est, quàm jus quoddam, quod ob onus juvandæ & sæpè classibus & manu militari tuendæ navigationis, populo alicui competit. *Id Grot. d. c. 3. in annot. ad §. 14.* Cujus vi, alios ab usu maris non arcet, sed certos tantum actus exercet. v. g. vectigalia, gabellas collectas ex eo exigit, aliaque *ἡμετέρας δίκαια* i. e. maximas obventiones percipit & custodiam maris habet. *Grot. d. lib. 2. cap. 3. §. 15. vid. D. Franzk. exerc. 4. quæst. 1.* Atque hoc Imperium sic explicatum à Doctoribus vulgò nominari videtur à *Dd.* Dominium jurisdictionis seu Universale, privationis.*

D. Strauch. c. 11 in hac materia industria.
Scopus præsentis tractationis.
Imperium differt à dominio privato.
Imperium quid?
Imperium vocatur alias dominium jurisdictionis.



toque dominio seu rerum proprietati opponi. *Gl. & Br. in l. 2. C. In quibus caus. colon. cens. dom. accus. Bl. in leg. proprietatis. C. de probat. n. 1. Jafon. in l. possideri §. contrario, de A. P. num. 81. D. Franzk. d. q. 1. n. 5.* Ex aduerso proprietatis siue Domini-

*Dominium
proprietatis
quid?*

um significat h. l. tale jus, cuius vi populus alterum populum ab usu maris penitus arcet. Quare quæ causæ sunt, domini acquirendi in tellure, eadem erunt in mari quoque, iidemque; utrobique effectus. *Selden. in præfat.* Unde si quis e. g. tempore memoriam hominis excedente, in maris aliqua parte sit piscatus & alios à piscatione prohibuerit, merito illius partis Dominus evadit, *Feld. in annot. ad Grot. pag. 67.*

*Mare iter-
num & ex-
ternum.*

Sciendum (2.) quod mare sit duplex, Internum seu interius; & Externum siue exterius. Internum est, quod terris undique infusum, diversis quoque nominibus appellatum & distinctum est. *D. Franzk. dict. exerc. 4. quest. 1. n. 4.* Hujus generis mare est Mediterraneum, Adriaticum, Britannicum, Balticum; Quæ maria omnia ab Oceano, ut à toto, partes homogeneæ differunt. *Selden. d. l. 1. c. 3. p. 12. Grot. d. c. 3. §. 8. D. Struve Syntagm. feud. c. 6. §. 7. D. Strauch. dict. dissert. 6. 4. tb. 3.* & hoc mare internum, ut videre est ap. *Salust. Flor. & c.* Romani passim suum appellant. *Add. Grot. d. c. 3. in annot. ad §. 13.* Externum siue exterius est, quod terram circumfundit, estque Oceanus apertus, *D. Franzk. d. quest. 1. num. 18.*

*Occupatio
h. l. duplex.*

De quo mari loquitur *Grot. d. cap. 2. §. 3.* Cum illud vel partem terræ vel terræ majus cum veteribus nonnullis appellat (3.) sciendum quod occupatio, qua mare in dominium privatum transire dicitur, sit vel partium maris externi, l. totius Oceani.

*Status con-
troversie
formatur.*

His præmissis, asserimus, non esse nunc quæstionem de solo Imperio in mare; hoc namque, qui dominium in illud negant, libenter concedunt. Unde tale imperium in maris partem, sine tamen proprietate, occupari posse, largitur *Grot. d. l. 2. b. 3. §. 13.* Non etiam est quæstio de dominio in mare internum; hoc enim sine dubio ad eum, cuius est territorium, pertinet, eodemque cum fluminibus jure censetur, *Dn. Franzk. de exerc. 4. quest. 1. n. 5.* Denique non est quæstio de

de occupatione maris Externi seu Oceani totius; nam nullus populus, nullus ve princeps in totum Oceanum sibi unquam dominium vindicavit, licet si totus occupari & teneri posset, in occupantis dominium transfiret. *Selden. dict. lib. 1. c. 26.* sed de maris externi partibus tantum controversia est. Cujus status huc redit: An populus quispiam partem aliquam maris externi, non tantum imperio continere, sed etiam in proprietatem sic convertere possit, ut mari illo ipse solus utatur fruatur, aliosque ab usu ejus penitus excludat, ut, absque ejus concessu, nullam ex eo utilitatem percipere queant. Quod affirmandum existimamus, sicut ob multas easque graves rationes, ita praecipue ob hanc, quod in mare Externum non tantum Veteres Gentes multae dominium exercuerint, quod eleganter & late probat *Selden. d. l. 1. c. 8. seqq.* sed etiam florentissimae & optimae gentes illud adhuc exercent, idem *Selden accuratissime de lib. 1. a cap. 16. usq. ad c. 20.* Hujus nostrae sententiae est quoque summus *Conring. in egregio opere de Fin. Imp. Germ. c. 30. p. 141.*

Affirmasit decidit controversia. Gentibus veteribus & recentioribus dominium in mare competit & Negantium argumenta unde desumpta.

Qui in contraria sunt sententia, argumenta sua petunt (1.) ex S. Scriptura. (2.) ex Textibus juris (3.) a commertiorum Libertate (4.) a Maris abundantia (5.) ab ejusdem φύσις seu natura. Quantum ad S. Scripturam, inquit, mare ipsius DEI esse. *Pf. 65. v. 5.* & terram solum hominibus datam. *Pf. 115. v. 16.* Verum de longè alio dominio ibi sermo est, cujus & ipsa terra esse dicitur *Pf. 24.* quod sanè hominum dominio non adversatur. Hoc enim, non obstante illo, telluris pariter ac maris esse posse, non obscure probatur ex *Gen. 1. & 9.* Ut taceam domini marini in sacris passim fieri mentionem, multisque Regibus & Principibus dissertè adscribi. *Conf. Seld. d. l. 1. cap. 6.* Nec quicquam rationis video, cur mare, à rebus homini à DEO mancipio datis, excipi debeat. *D. Strauch. d. diff. cap. 2. thes. 2.* Textus juris adjiciunt hos §. *1. Inst. de R. D. l. 13. §. ultim. D. de Injur. l. 14. de A. R. D. l. 13. D. const. princip.* Sed animadvertendum hic (1.) quod si quid juris gentium vel naturae esse probandum sit, hoc probari non debeat ex Corpore Juris, licet in eo multa juris natura

D 3

natura

Quomodo probetur aliquid esse juris naturae & gentium.



ME

Legum Romanarum que in hac materia auctoritas. Ex JCtorum & Justiniani sententia, mare videtur posse occupari.

Explicatur L. Axiōis ad L. Rhod. de jactu.

natura & gentium contineantur: sed probandum ex convenientia cum recta & sociali ratione, ex continuo usu gentium, & ex testimoniis peritorum, Selden. lib. 1. cap. 24. Grot. lib. 1. cap. 1. §. 10. & 12. Itaque leges civiles Romanæ & JCtorum responsa in hac nostra questione ut firma decidendi principia allegari non poterunt. (2.) Posito, quod, ex JCtorum mente, mare sit commune, an propterea illud omne dominium privatum respuet? potest namque mare in proprietatem alicujus populi transire, ita ut adhuc certo modo commune maneat. (3.) Quin & ex ipsissima Justiniani & JCtorum sententia, occupabilitas illa (sic loqui fas sit) adstrui posse videtur; nam, cum ea ratione communio maribus adscribatur, qua littoribus, & verò occupata littora non amplius jure naturali communia sint, sed ad populum, à quo sunt occupata, pertinent l. 3. pr. D. ne quid in loc. publ. l. 50. D. de A. R. D. Cur item de maribus non dicemus, ut videlicet ea, postquam semel à populo occupata sunt, non amplius propriè communia habeantur? Selden. d. l. 1. cap. 24. p. 179. D. Strauch. d. diff. cap. 3. Ex eodem jure urgent imprimis celeberrimam L. ἀξίως, D. d. L. Rhod. de Jactu, ubi Imperator Antoninus expressè fatetur, legem esse maris dominam; se verò mundi. At, sicut genuinus sensus d. l. ἀξίως est hic; Ego sanè, pro imperio, quod mihi in omnem orbem, leges mari quoque dare possem; sed non opus est lege lata; jam lex maris præsto est, Lege Rhodiorum nautica judicetur, qua nostris legibus illa adversa non est. D. Strauch. d. cap. 3. thes. 10. Ita ex lege dominium maris non evertitur. Licet enim Imperator legem maris dominam esse dicat; maris tamen dominium sibi omni modo non denegat, cum ipse legis arbiter sit, quòdque illi placet, legis vigorem habeat l. i. D. de const. Provinc. Ut proinde, cujus rei lex Domina est, ipsius Imperatorem quoque, utpote legis autorem & fontem, dominum esse necesse sit, Selden. d. lib. 1. cap. 25. vid. D. Struve Synt. J. C. Exerc. 20. thes. 30. A Commerciorum & negotiationum libertate petunt hoc argumentum, quod si à populo quodam, in mare dominium exerceretur & alii



941
alii ab ejus usu excluderentur, commercia cessarent, & libertas quasvis gentes adeundi tolleretur; qua ratione fiet ut sublatis laudatissima humani generis societate & mutuo beneficiendi occasionibus, natura ipsa violaretur: Nam, & ille, quem DEUS terris circumfudit, Oceanus, undique & undique versus navigabilis & ventorum stati aut extraordinarii flatus non ab eadem semper & à nulla non aliquando regione spirantes, nonnè significant satis concessum à natura cunctis gentibus ad cunctas aditum? sunt verba *Grot. in Mar. lib. cap. 1.* Verùm enim verò (1.) licet mare in proprietatem alicujus populi transire dicatur, idèò tamen, commerciorum & negotiationum libertas non magis tollitur, quàm tum, cum & terram occupatam esse dicimus. Sicut igitur ad totam terram continentem, licet in dominium populorum transgressam, omnibus liber, patet aditus: ita, post occupatum mare, commerciorum & negotiationum usus esse non desinet. Quin & (2.) posito, à populo aliquo dominium in mare exercente, alios ab eo arceri & ad populum illum, liberum accessum non permitti: ob id tamen contra æquitatem vel naturam populus ille nihil fecerit, præcipuè si, per aditum ad se, periculum aliquod metuat. Eleganter *Seldenus lib. 1. cap. 20.*

*Dominium
DEI in mare,
cum dominio
hominum non
pugnat.*

Objiciunt præterea, in mare, ob infinitam suam magnitudinem & abundantiam, omnibus populis ad quemvis usum sufficere, adeoque naturæ conveniens non esse, ut una gens sibi illud appropriet, quod si commune relinquatur, ad omnium usum sufficiat; cui convenienter dicit *Grasw. in strictur. ad Felden Annorat. p. 105.* mare omnibus idem, omnibus suum esse; Verum largiamur esse tantam maris abundantiam; ex eo tamen dominium in mare non est penitus negandum, sed potius ob eam ipsam asserendum. Quemadmodum enim focii, si res communis omnibus sufficiat, in communione manent: contra si non sufficiat, ab eo discendant, imprimis cum discordiæ metuuntur, quæ ex communione faciliè oriri possunt. *Magnif. D. Richter / Jur. Fac. Ordinar.*

*Abundantia
dominium
maris
non excludit.*



Ordinar. longè meritiſſimus & jurisprudentia Germanico-Saxo-
nica Palladii, in centur. Reg. Reg. 22. ita licet mare omnib. ſuffi-
ciat, & commune ſit; tamen, ob certas cauſas, ab ejus com-
munionem recedi poteſt. Cæterum adeò inexhauſta maris
abundantia non eſt. Nam commodum inde proveniens, mi-
nui poteſt. Uniones, margaritæ, & qui ſunt reliqui maris fru-
ctus, in horas non aliter ac fructus horticorum mutantur & mi-
nuuntur. *Selden. lib. 1. cap. 22.* Deniq; univerſus orbis omni re-
rum abundantia affluit; neque tamen ided dominio exem-
ptus. Inſula China omni ſufficientia, ut referunt, inſtructa,
eſt, ut nulla prorsus ſubſidio indigeat; & tamen domini-
i incapax non eſt, ſed potius actu eodem continetur.

Dicunt etiam, dominium in re terminata; h. e. tali. quæ
terminis contineatur, conſiſtere deberz, *Grot. lib. 2. c. 2. §. 3.*
Boxhorn. lib. 1. Inſt. Polit. cap. 12. §. 7. Jam vero mare non ter-
minari, eo quod terram ambiat, ambituq; ſuo circumvallet,
Grot. d. §. 3. Ubi & diverſorum authorum teſtimoniis hoc
ipſum ſatis confirmat. Sed licet fateri oporteat, difficilius
eſſe, mare quam terram terminare; adhuc tamen in mundo
modus illud terminandi reperitur. Etenim nihil obeſt,
quo minus certis etiam terminis diſtingui poſſet; littus
enim promontoria, Inſulæ, Scopuli, quid aliud quam ma-
ris termini ſunt? Qui etiam pixidis nauticæ & graduum cœ-
leſtium ſeu longitudinis ſeu latitudinis auxilio obtineri poſ-
ſunt. Idem uſus, in diſtinguendis maris terminis, ſeu Tropi-
ci Cancræ, ſeu æquatoris eſſe poterit. *Selden. d. cap. 20.* Et Pa-
pa Alexander VI. litem, inter Portugaleſes & Caſtellanos
de finibus maris ortam, decidens, linea à Polo ſuperiori ad
inferiorem concepta, terminum conſtituit. *Vid. Seld. d. l.*
Neque eſt, quòd quis cum *Gmſw. in ſtriçt. ad Annot. Feld.*
p. 104. ajat, ejusmodi terminationem & poſſeſſionem eſſe
ſolum imaginariam, ac mare hæc ratione non reapſe, ſed in
papyro & pictura tantum occupari. Nam cum dicuntur,
dictis modis maris termini conſtitui; hoc, cæteris pari-
bus, intelligendum, ſuppoſito nempe, quod in certo maris
tractu vel parte, populus aliquis actus poſſeſſorios exerceat,
piſce-

Mare cer-
ſo modo
terminari
poteſt.

Datur ter-
minatio
maris.

947
piscetur, aliosve fructus percipiat. Geminum huic est, quod
mare fluxile esse, eoq; nomine dominio privato subijci non
posse contendunt. Si enim fluxilitas dominium excluderet; *Fluxilitas
maris do-
minium
non respuit*
& flumina quoque domini incapacia essent; id quod tamen
nemo dixerit *Selden. d. lib. 1. cap. 21.*

Quocirca, ut latius dicta, paucis comprehendantur,
maris proprietati nec moralis nec naturalis ratio obsistit,
contra quam *nobile illud Doctorum par, Grot. & Boxhorn. d. l.*
olim putavit.

Controversia Academica

OCTAVA,

inter

*Magnificum & de Jurisprudencia Germanico-
Saxonica meritissimum*


D. Benedictum Carpovium,

&

D. Johannem Eichelium, Jctum & Ante-
cessorem Helmstadiensem,

De

MODO ACQUIRENDI POS-
SESSIONEM DEFUNCTI.



Pud recentiores elegantis est quaestio: *Quaestio
explicatio*
An possessio in heredes transeat ipso jure; Quo
an vero nova apprehensione opus sit? Quo
ipso hoc quaeri intelligendū: An possessio,
nihil aliud, quam jus rei corporali insisten-
di, cum animo eam sibi habendi, denotans,
ita à defuncti persona in personā heredis transferatur & di-
mittatur, ut heres, etsi corpore non eam apprehendat neque
ejus loco signa alia externa edat, si modo animum possiden-
di habeat, nihilominus pro possessore rerum hereditariarum

E

sit esti-

fit æstimandus: Etenim sicut in proposito nõ nisi *possessio propriè dicta* & jam descripta intelligitur, qua gaudere nequeunt, qui se non esse dominos norunt, neque titulo tali, qui jus aliquod in re transferat, eam acquisiverunt: cum hi non possidere, sed tenere rem, item detinere, in possessione ejus esse ei incumbere dicantur, *l. 10 §. 1. l. 18 D. de A. P. ita* Vocabulum *Transire* pro translatione de personâ defuncti in hæredis personam accipimus: ad eum modum, quò vox *Transire* accepta extat, in *l. 43. D. ad L. Aquil. item l. 9. §. ult. D. de Except. rei judicat.* Ut autem ad propositâ quæstionem revertamur, ea hoc sensu ventilata est inter *D. Carpz. in part. 3. decis 224. & D. Etchel. in signi disput. inaugurali, de Transitione possessionis in hered.* Ille enim possessionem ipso jure transire, speciose contendit; hic contrariam sententiam amplectitur. Utriusque autoritas magni nobis penditur: neque alterutrius sententiam amplectendo, alterius dignitati derogatum cupimus. Putamus autem, veritati legali magis consonare, si dicamus, in heredem possessionem ipso jure non transire: Eaque sententia, Ratione, Textibus & denique veterum Doctorum Autoritatibus probatur. Rationem desideras? Ecce evidentem! Cum enim sine omni dubio in defuncto possessio sit extincta, quippe qui neque animo neque corpore amplius possidet; manifestum inde est, hanc possessionem ipso jure in heredem transmitti non potuisse: cum ejus, quod non est, nulla sit operatio. Sicut igitur, rerum initio, nemo dicebatur possidere, nisi res certis modis (vel manibus vel pedibus) apprehendisset; ut eò *Paulus in l. 1. §. 1. de A. P.* rectè scripserit; dominium rerum ex naturali possessione cœpisse: Ita nec hodie, absque apprehensione, quisquam possessor dici poterit. Adjuvat quoque priorem sententiam luculentissimè textus in *l. 23. de A. Poss.* ubi Javolenus scribit: *Omnia Jura quidem transeunt; possessio tamen nisi naturaliter comprehensa ad nos non pertinet. Ad l. si homo 35 D. de Usucap. l. 2. §. 1. D. Expil. hered. l. 1 §. 11. D. Si is, qui testam. lib. esse juss. Atq; in hanc sententiam descendunt Gl. in l. 23. D. de A. vel amitt. poss. Br. in l. 23. D. de A. vel A. P. Bl. in l. si forori C. de jure deliber. Gomez. in Comm. ad Leges.*

*In quibus
D. Carpzob
& Etchelius
diversa o-
pinione sint*

*Fundamen-
tum nostre
sententiæ.*

943

Leges Taurin. in lege 44. Covarruv. Tom. II. variar. resolutio. lib. 3. c. 5.

Qua etiam ratione in Camera iudicatum esse, annotat *de Reg. iur. Covarruv. Gail. 2. obs. 129.* dum inter alia fere ait: Non sequitur, sum heres; adii hereditatem. E. possideo hereditatem vel res hereditarias, quia factio opus est seu apprehensione. Haecenus *Gail.* Quamvis igitur omnia iura statim ad heredem transferantur; heresque, ex communi Dd. opinione, facultate seu jus rerum hereditariarum ab alio necdum occupatarum possessionem, vel propria autoritate apprehendendi habeat; possessor tamen haberi nequit ante, quam actu possideat; actualis enim & naturalis possessio à legibus desideratur, *d. l. 23. de A. Poss. & simil. supr. allegatis* præcipue, quia possessio est facti, neque solo iure & animo, ex juris civilis dispositione, acquiritur, *l. 3. l. 8. D. de A. vel. A. P.* Vivit quidem in heredibus defunctus, adeoque, dum defunctus possidet, & heredes possedisse videntur: Sed quoniam, in universo iure, inter defunctum & heredem possessio non dicitur continuari; quia, quæ de continuatione afferuntur, partim ad dominium, per *l. 9. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. item l. in suis D. de liber. & post.* partim ad usucapionem *l. 13. D. de A. vel. A. hered.* partinent, atque à dominio ad possessionem mala fit illatio; hinc continuationem possessionis, absque juris autoritate, fingere non licebit.

*Possessor ne
mo est, an-
tequam ac-
tu possidet.*

*Continua-
tio possessio-
nis fingen-
da absq. ju-
ris autori-
tate non est*

Cæterum diffiteri non possumus, juris fictione heredem dici eandem personam cum defuncto *Nov. 48. in præfat.* Verum perperam inde colligas; possessionem singulariter legibus exceptam, in heredem, sine apprehensione factioque ejus, transferri. Quæ cum ita sint, ad acquirendam possessionem non solum extraneis heredibus, sed & suis apprehensione & factio quodam certis signis declarato, opus esse, intrepidè statuimus: contra quam *Acc. Alciatus & Hotomannus* existimaverunt; Movemur in primis eò, quod, quamvis filii, patre vivente, quodammodo & fictione juris, domini existimantur *καὶ ἐλπίδα, l. 11. in f. D. de liber. & postum. §. 9. Inst. de Here l. quæ ab intest. d. fer.* tamen fictio eò se non extendat, ut possessio- nem, vivo parente, & filiis tribuat: quoniam fictio juris plus

*Sui heredes
etiam sine
apprehensio-
ne non
possident.*

*Fictionis
juris posses-
sionis,*



potest in iis, quæ juris, quàm quæ facti sunt. *l. 15. D. proemptore.*

In *l. 2. § 2. D. pro herede* dicitur quidem filius rem à patre sibi donatam possidere naturaliter; Sed alia est ratio rei hereditariæ; neque ab illa ad hanc inferre licet. Quod verò dubii ex *l. 2. C. pro herede* affertur, illud tenue est; neq; enim aliud ibi scriptum, quàm hoc; quòd, si existant sui heredes & fortassis hereditate abstineant, alii res alias, à quibus illi abstinent, pro herede seu titulo heredis usucapere nequeant. Suis quoque nihil singulare hac in parte tribui potest, ex *l. miles. 30 D. Ex quib. caus. major.* Siquidem ibi non de possessione, quam hæres complere potest, si possidet, agitur; sed de usucapione; neque infrequens in jure nostro est, possessionem pro usucapione accipi. *Vid. l. 19. D. de A. vel A. P. l. 26. Eod. l. 16. de Usucap.*

*Consuetudo
Gallie: le
mort saisit
le vif.*

Etsi autem omnia, jam explicata ratione sese habeant; nihil tamen prohibet, quò minus consuetudine aliud introduci queat. Qualis consuetudo in Gallia obtinet: *prout docet. Tiraq. integro Tr. cui titulus: Le mort saisit le vif.* cuius vi possessio hereditatis vacua ipso jure in heredes transit, qui iisdem effectibus hoc modo, quibus alii, ex vera & corporali apprehensione, gaudent. *Molin. de J. & J. Tr. 2. D. 12. n. 18.* Cujusmodi possessionis transitionem civilissimam appellare solent *Dd. Vid. D. Struve. exerc. 42. tb. 17.*

Controversia Academica

NONA & ULTIMA

inter

Supra laudatum Cl. Salmasium

&

Johannem Miltonum, Anglum

de

JURE REGIS & SUBDITORUM.

Præter

Ræter superiores controversias Academicas, alia quoque Salmasio cum Miltono, de jure Regis & Subditorum intercesit controversia: siquidem ille in sua, quam vulgavit, *Defensione Regia*, jure Regio; hic contra illud acriter disputavit, in scripto quodam cum hoc titulo: *Defensio pro populo Anglicano*. Quia autem hæc controversia odio plena & sententia Miltoni omnium rectè sententium judicio damnata; ideoque de eadem pro coronide per pauca subnectamus. Quocirca, sicut Salmasii opinio rectè sese habet, ita optandum, ut ex genuinis principiis, satis accuratè eam quoque tractavisset; quod ab eo factum non esse, multi annotaverunt: Nam indistinctè contendere videtur Salmasius, jus Regium in licentia quadam quævis agendi consistere: juramenta principum meras sapere ceremonias: & denique, quæ partim in S. Scriptura, partim apud bonos authores de Principibus absolutis & *divus obvois* dicantur, ad omnes in universum Reges & Principes pertinere. *Vid. Bæcl. ad lib. 2. Grot. in præfat. ad lecttor. Et ad lib. 1. c. 1. p. 144. & lib. 1. c. 3. p. 246. D. Conring. Disp. de Regno th. 20. seqq.* Quamvis autem hæc in Salmasio improbanda sint, longè tamen pejora sunt, imò pessima & sempiterna censura digna Miltoniana; quoniam Miltonus, ob Remp. male nec ex placito populi gestam vel delicta privata, ad rationem populo reddendam, Principes, judiciis populi aliàs non subditos, sed suo arbitrio ex patriis sive legibus sive moribus cuncta regentes, obstringere & alia, ex hæc sententiâ nefaria asserta, ferox & impudens elicere satagit. Verum, cum in Rep. Monarchia, in qua Principi ab antiquo summa potestas competit, talis Princeps idem jus habeat, quod in Aristocratica vel Democratica vel simili, plures habent imperantes, qui, imprimis in Democratica, judicio & arbitrio aliorum non subjacent nec subiacere possunt; ea propter nec Princeps à populo semel subdito, sub ulla juris specie, in ordinem redigi potest. Si enim, in dubiis reip. casibus, arbitrium populi sequendum; resp. nunquam non esset perturbata & confusa, neque in tranquillo consisteret, jusque regendi, voluntati & judicio eorum, qui reguntur,

Miltoni sententia damnatur.

Salmasii nebi attinguntur.

con-



contra rerum naturam, semper subiectum foret. Quod etiam omnium imperiorum fini, qui est humani generis tranquillitas, adverteretur. Nam in omnibus Regnis & rebus subditi pertinaces & immorigeri & magistratibus suis pleurumque infensi. *Vid. Amplissimus D. Reinholdt Condit, Consularis Regiomontanus meritisissimus, Patronus mihi faventissimus, de Fide politicæ lib. 1. c. 9. n. 1.* consiliorumque publicorum, & veræ publicæ utilitatis ignari, semper præterensu i essent, à suis imperantibus contra salutem publicam agi vel actum esse. Quare omnes saniores & moratiores gentes, omnibus seculis, hanc Miltoni sententiam ipso facto improbarunt, & populum, ob defectum iudiciariæ potestatis seu jurisdictionis. *Lampad. de Rep. Roman. German. part. 3. c. 21. §. 20.* de Principis summi & absoluti actionibus iudicare vel arbitrium sibi sumere non posse, existimaverunt. Neque, pro impurissima sua sententia, ullam solidam adduxit rationem Miltonus, sed novis & falsissimis interpretamentis, loca S. Scripturæ, bonorumque authorum conspurcare, atque hinc deterrimæ suæ sententiæ, inaudito exemplo, colorem inducere est conatus. Quæ vero aliquam speciem habere videntur, iis tam ex dictis, quam iis, quæ tractantur apud *Grotium lib. 1. d. 7. B. & P. cap. 3. §. 8. & seqq. & Pufendorff. in Element. jurispr. univers. lib. 2. observ. 5. §. 17. usq. ad fin.* benè occurri potest. Et quæ hæcenus dicta sunt, locum etiam habere videntur, etiam si Princeps hostilem animum induat; vel Reip. interitum machinetur, ut loquitur *Lampad. d. c. 21. §. 8.* Nam nec tum facultas de eo iudicium formandi populo subdito competet, sed hoc casu, *jure Belli & defensione inde fluente* utendum, monte *Pufendorff. d. l. 2. obs. 5. §. 23.* Ad extremum autem notandum est, quod omnia hæcenus dicta in thesi sint intelligenda, & tum locum habeant, nisi aliud inter Principem & populum expresso pacto sit conventum; huic enim standum esse, natura cuius dicitur.

Errata extantiora. pag. 3. fac. 1. lin 15 post. verb. privatum pon. Justi, p. 4. fac. 1. l. 1. à fine, post verbum, tali, pon. subiecto. Ead. p. 4. fac. 2. l. 19. leg. definitione. p. 8. fac. 2. in marg. lin. 5. post servitus leg. subdititer loquendo. p. 9. fac. 2. in marg. l. 2. post hereditarium, pon. seu.

Eximio atq; Politissimo

D. N. ALBERTO WEGERO,

J. U. CULT. STRENUO

De Controversiis inter præclaros nostri seculi

Jctos agitatis, publicè

Disputaturo FELICITER!

Magnorum magnas magnum est componere lites
Hoc tentas, quidni præmia magna feras?

Benevolentia & quidem singulari testanda

L. mq. scribebam

Joh. Ernestus Gerhardus,

S. S. Th. D. & P. P.

Egregiè nostros dum gestit splendida Campos
Flora, Tui ingenii flosque decusque nitet.

Perge nitore tuo Patrios decorare penates,

Laus Te certa manet, præmia lecta manent.

Ita roveo


Christoph. Philip. Richter / D. Comes P. C.

Prof. P. & Collegii Jurid. Ordinar.

Ad politissimum & Doctissimum

D. N. W E G E R U M

Regiomontanum, solidioris jurisprudentiæ cul-
torem industrium, amicum meum!

lli disputatoris publici munia nunc obis, Wegere oculissime,
eo nomine haud parvum laudis merere, eò quod de variis, inq;
illustribus, hoc seculo ventilatis controversiis, in illustri simul
Academia disputans, cum iis te non facere ostendis, qui iudiciis
& omnis serè acuminis exortes, sincera juris principia, qualia tua
disputatio nobis exhibet, in vanis & inutilibus subtilitatibus, quarumque
vix ullus, extra Academiae forum, usus sit futurus, numerare soleant.
Quasi vero sine his, similibusq; fundamentis bene jactis, fulgentissimos juris
nostri radios ferre, exactiã juris scientiã sibi comparare, deniq; jure dextrè
& solerter respondere unquã quisquã potuisset, aut iis destitutus, in yvnoia
justitiæ sacerdotibus relatus fuisset. Cum è contrario videamus, quòd com-
matis hujus homines, junioriq; suis quibusdam & tedious formulis contenti,
ac tñ; angustis ofores & omnium doctorũ odio exponantur & vitæ humana
vix

177
sive ullam utilitatem afferre possent. Quapropter alta proventus tibi ab his sen-
tentia est, sincerissime Wegerer, qui tantum habes, ut saluum hominum opi-
nionem cures, ut potius, viduum industrie exemplar, non solum juri civili
multam operam hactenus dederis, sed & hodierno seculo doctissimo conveni-
enter ejus juris, quo & exteros non minus ac cives Romanos & regi & cujus no-
tiâ plurimum juri civili lucis affundi in confesso est, naturali fidelicet &
gentium cognoscendi summo studio & ardore haud vulgari ducaris, atq; ideo
non proletariam sed, sed solidam in omni jure eruditionem exambias. Enim-
vero hanc viam sectando, hoc magis inter doctos magnifies, quò extintio-
res ingenii tui dotes sunt. Qua & ratione Potentissimo & Serenissimo
Electori Brandenburgico, Principi Justissimo, Optimo, Inclito, dul-
cissimoq; Patrie Patri tue, tantò majore cum successu, studia tua probabis,
quantò notius est, à divino illo felicissimoq; Rerum Borussiae Arbitro (cu-
jus felicitatem DEUS Opt. Max. aternet!) Augustissimoq; literam Mecenate,
intimam & accuratam omnium rerum scientiam ut effluim amari; ita cum
nunquam inter moritura gloria etiam passideri.

De cetero id nunc agitur, Wegerer amicissime, ut non tam ex recepto
more, quàm singularis amicitia jure, de tuo specimine publico, tibi gratuler.
Faxit igitur celeste Numen (quod ea de causa supplicibus meis precibus adoro)
conatus hic tuus, in ejus gloriam, patrie splendorem, tuiq; honorem & ornã-
mentum perpetuum cedat! Me quod attinet, studiis tuis pro viribus inservire,
nunquam desinam. Vale. Dab. Jenæ, e Museo, die 25. April. 1665.

T. quem nosti,

Joh. Jacobus Avianus, D.

Non major decus est, non major gloria crede,
Quàm placuisse DEO, post placuisse bonis.
Dulcius in vita nil dat natura dabitque
His; qui ad hæc Cræsi munera Regis opes?
En dilecte, places Jovæ pietate, Wegerer,
Ingenioque probis ecce placesque viris!
Ut facis, egregium solers urgere laborem
Pergas & studeas optima porrò sequi!
Sic sic magnus eris, rumpantur ut ilia pravis,
Atque secundabit sic tua facta DEUS!

Idem.

Astra Astræa petit. Petit Astræam astraque W E G E R.
Jus justè tractas. Præmia justa Tibi.

Sic optimis conatibus Præstantiss. Dn.

RESPOND. ad cinere Valeb.

Caspar Posner, Prof. Publ. ordin.








ULB Halle
005 132 55X

3



1007







No. 1.

48.

926

DEO TRINUNO AUXILIANTE!

ILLUSTRIUM
CONTROVERSIARUM
ACADEMICARUM, 1665, 4⁶

hoc seculò inter excella ingenia agitatarum;
SYLLOGE LEGALIS,

Quam

Ex autoritate Magnifici Jctorum Ordinis

PRÆSIDE

NOBILISS. ET CONSULTISSIMO,

DN.

JOHANNE JACOBO AVIANO,

J. U. Doctore, hæctenus Reip. Erffurtinæ Syndico, jam
in hac florentissimâ Salanâ Prof. Publico.

Ad diem 26. April.

ANNO M DC LXV.

publica & placida disquisitioni subjecit

ALBERTUS WEGER,

REGIOMONT. BORUSSUS,

Autor & Respondens.

Horis loquoque consuetis.

JENÆ.

LITERIS SAMUELIS KREBSII.